



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini Æ Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Cap. XXV. Injusta Gradatio Baronij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

nistis infensos, atque adeo eorum doctrinam ab iisdem non admitti.

Respondeo; Ne ab ipsis admittatur, certe admittetur ab aliis sapientissimis viris, quod nobis satis superque est.

17. Illud nolo hinc silentio prætermittere, Antonium Coronium Philosophum, ac Theologum nostro ævo insignem, sanè modestius se gessisse, quam se gesserit Baronius. Cum enim retulisset l. 1. c. 1. de iuram. n. 1. 2. & 13. prædictam Hurtadi sententiam, citassetque pro ea Tamburinum, quem suum Præceptorem appellat, deinde modestissime loquens, ita insinuat eam sententiam ipsi minus placere, ut tamen nulla censura nota illam inurat; imò videatur illi indulgere nonnihil. Sic enim loquitur num. 14.

18. COTONIUS. Melius ergo explicatur id, dicendo, quod in casu iuramenti assertorij materia actus est obiectum non prout est in re, sed prout est in iudicio. Quare cum quis inducitur ad iurandum id, quod existimat verum, non inducitur ad malum, ne materialiter quidem, & certe ut faceret Delugo n. 23. potest quis inducere alium ad iurandum, non quod res ita sit, sed quod ipse ita existimat, in quo nulla est culpa. Absolute tamen non licet, quia etiam si iuramentum un cadat immediate supra Iudicium, mediare, & remote cadit etiam super obiectum.

19. Hactenus Cotonijs, cuius ultimæ huic doctrinæ Hurtadus respondere possit ex dictis, nimirum eos, de quibus loquimur, non petere, nec jurare, nisi quod immediate verum est; nam ab eo, quod est mediare, & remote præsciunt; perinde ac, si quis juraret v.g. te esse Civem Parisiensem, supposita re sibi moraliter certa, verum juraret, quia juraret illud, quod est moraliter certum, quidquid sit, an re ipsa falsò, vel verè tu Parisiensis civis existas.

20. Septimò reprehendit Baronius Tamburinum, quod sic docuerit.

BARON. fol. 96. Sed cerè vera distinctio, ut si penetratur, censenda sit in posterum probabilis Hurtadi hoc modo explicata sententia.

Quibus Tamburini verbis Baronius hæc alia verba subnectit, quasi à Tamburino dicta.

Hæc sententia antea improbabilis, donec ista nova cogitatione accessit illi probabilitas.

21. Hæc verba non sunt in mei Præceptoris textu, ille autem ea de more (nam frugi ulque frugi est) addit ex abundantissimo penu suo. Quæ verba, quamvis parum rem elevent, vel deprimant, nihilominus unum video, alterum suspicor. Video imponi multa Tamburino, quæ ipse non dicit; Suspicio, id à Baronio esse additum ad excitandum odium adversus dictam doctrinam quasi salutem de novitate suspectam.

Denique in calce huius imputati Parodixi illud inconveniens colligit ex data doctrina, his verbis.

BARON. fol. 97. Nec dubium est (inquit) quin ex hac sententia excusare possit Scholasticos Tamburinus; qui, ut suum cursum prohent, & minuant sibi iter ad gradus, & subinde ad officia, & beneficia, adhibent in testes ex amicis duos, qui rei sibi incomperita, suspecti etiam falsi, verbo, & si velis iuramento, fidem faciant, illum sedulo lectiones frequentasse.

23. Nolle esse ita injurius, ut dicerem hinc obdormivisse Baronium, sed tamen id innuere cogor. Siquidem si paulo ante retulit Tamburinum docentem, tunc illud iuramentum excusari à peccato, quando sine damno proximi, bono animo jurantis sit, quomodo nunc dicit, ex hac sententia Tamburini posse à Scholastico excitari amicos ad testificandum de sua frequentia, cum tunc multa damna intercurrent? Intercurrunt enim primo damnum quod inferitur Scholis, seu Universitatibus; spe enim ejusmodi testificationum non adeo frequentes essent Auditores, Secundo, ipsis studentibus, qui, hac rem spe valde laborabunt de frequentandis lectionibus. Tertio, præsertim ipsi Scholastico ejusmodi iura-

Pars III.

mentum exposcenti. Quarto, quod caput est, maximum sit damnum Ecclesiis, & Cathedralis, quæ si ejus generis iuramenta concederentur, ab ineptis Ministris subinde regerentur, quod est intolerabile damnum publicum.

Dices, at Hurtadus, Diana, & Tancredi modo allati non ad hanc limitationem, qua excludatur damnum proximi. Respondeo, id mirum esse mihi, quod hanc limitationem non addant, & Baronius reprehendat Tamburinum, qui addit, & quidem hinc collige solidam Tamburini, & cautè enucleatam doctrinam, nam animadvertens, hac limitatione non addita, non posse eam sententiam admitti, ipse expressè prudenter illam apposit.

CAPVT XXV.

Injusta Gradatio Baronij.

1. Inter ceteras amplificationes Baronij adversus Tamburinum, excedit illa, quæ per gradationem inducit sententiam ejus esse laxiorem, quam sint aliorum à Societate sententiæ, atque id ita audacter, & ita verbis, seu injuriis insolentibus, ut me pudeat tantæ ejus impudentiæ. Iurgis ergo prætermisissis, hæc sunt ejusdem verba disp. 1. sect. 5 § 2. fol. 77. quæ faciunt ad nos.

2. BARON. Comitolus l. 1. q. 15. nunquam patitur, recedamus à sententia, qua stat pro lege semper servanda, si sanciat res necessarias ad salutem, efficaciam mediæ, vel causæ.

Alii ex Societate id concedunt, si opinio tuta, quæ faciet rebus necessariis, tum necessitate mediæ, tum præcepti, sit probabilior, & communior, id est firmioribus argumentis, maiori numero Doctorum, vindicat opinionem, qua stat pro libertate, & commodo.

Sanchez lib. 2. in Dec. c. 10. credit, sin toto vitæ decursu sectandi sit hac sententia; versanti ad minus in articulo mortis esse eligendam, ne de ategritate periclitetur.

Tamburinus uno audaci, & præcipiti saltu transiit hos quatuor gradus; quare securitatem pollicetur his, qui deserunt opinionem pro lege stantem, etiam tutiorem, etiam communiorem, etiam in articulo mortis.

Et paulo post. Quo vero gradu probabilem liceat sequi? Omnium minimo, non utraque probabilitate, sed altera, vel extrinseca ab uno Auctore contra innumeras, vel intrinseca ab aliquo argumento tenuissima probabilitatis.

Quis non obstupefcat ista doceri tanta fiducia, & habuisse Laudatorem (Theophilum) &c. Hæc Baronius.

Tot sunt hic ineptæ, & falso dicta, ut ego contra obstupefcam, tanta audacia hæc ab hominè Religiosi Ordinis efferri.

Porro recolendum est primo, quamnam sit germana doctrina Tamburini in hoc negotio probabilitatum, quam supra exposuimus cap. prædictum secundo à numero 8. cap. 20. & cap. 23. nimirum esse illam, quæ semper debeat esse ejusmodi, ut à probabilitate oppositæ partis non obscuratur.

Ex hæc solemnij ejus doctrina clarè ostenditur ipsum potius strictius, non autem minus loqui, quam prædicti loquantur (si tamen ita loquerentur, nam cæterum mox videbimus, eos infideliter citari.) Ostendo, initium faciens ab ultimo gradu, id est à dicto Sanchez.

4. Hic (esto) absolute concedit, sectari nos posse opinionem probabilem solum extra mortis articulum. At Tamburinus id non concedit sic absolute, sed omnino vult, ut fiat semper comparatio cum sententia opposita, quod, si inveniatur ejusmodi, ut obscureretur, illam non liceat sequi, nec extra articulum mortis, nec in illo.

5. Alij à Societate Jesu concedunt, debere nos sequi opinionem

opinionem probabilem, si opinio rata sit probabilior, & communior, id est firmioribus argumentis, & majori numero Doctorum vincat opinionem, quæ stat pro libertate, & commodo, concedunt, inquam. Sed quid contra Tamburinum? hæc enim est ipsa germana ejus doctrina; nam non solum is id concedit, ut alii, sed prorsus id requirit. Quando enim opinio sit rata sit probabilior, sit firmioribus argumentis, sit majori numero Doctorum vallata, certe obscurabit aliam oppositam, quare hæc, amissa (ut ita loquar) probabilitate, non poterit eligi, sed omnino illa alia erit eligenda.

6. Suarez (esto) vult, valere sententiam Comitoli de opinione, quæ stat pro lege semper servanda, si hæc sanciat res necessarias necessitate mediæ, vel causæ; At Tamburinus amplius vult, ut nimirum quando opinio, quæ stat pro lege ea est, ut non obscuretur ab opposita parte, non solum recipi debeat, si sanciat res necessarias mediæ, & causæ, sed etiam debeat recipi, si res sint necessariae ex quocunque capite, seu præcepto.

7. Denique Comitulus (esto) nunquam patitur, ut recedamus à sententia, quæ stat pro lege. At Tamburinus, si non sic absolute, certe cum sua solemnī exceptio- ne, nunquam patitur, ut recedamus à sententia, quæ stat pro lege, si probabilitas ex parte legis obscuretur, seu viciat illam, quæ est opposita. Quare autem vincat, vel non vincat, latè ipse prosequitur (ut alàs notavi) lib. 1. in *De al. c. 3. §. 3. a. n. 12.*

Alia observationes contra prædicta à Baronio.

8. Recolendum est secundo, Tamburinum noluisse recipere, ut vidimus *suprà cap. 2. num. meo 16.* illam sententiam, quæ dicebat, posse nos indifferenter sequi opinionem in minimo gradu probabilem, quomodo ergo, Baroni, nunc de Tamburino absolute dicis (Gradu omnium minimo)?

9. Recolendum est tertio. Tamburini sententiam, per quam possimus auctoritati extrinsecæ fidere; debere vallari à quatuor conditionibus; hoc est, ut Author, qui illam affert, sit primò, doctus. Secundò, rem ex professo tractet. Tertio, firmam rationem pro se habeat. Quarto, nihil appareat contra ipsum convincens, ut vidimus *suprà cap. 2. num. 7. meo.* Quomodo igitur nunc temerè mutilans doctrinam ejus, dicis (vel extrinsecæ ab uno Authore) & nil prætereas, tunc tanti momenti conditiones?

10. Recolendum quarto, quod millies repetii, unde videretur, ne quis mihi exproberet crambem recoctam (sed ignoscat benevolus Lector, adigor enim ab Adversario) Recolendum, inquam, quarto, nunquam Tamburinum admisisse tenuissimam probabilitatem, & quando admisit tenuem, cum illa exceptione semper admisit, modo ab opposita parte tenebras non conceperit. Cur ergo tu iterum, iterumque inculgas illud (tenuissimæ probabilitatis)?

11. Recolendum quinto, alios Doctores non Jesuitas, ut vidimus *suprà cap. 2. a. num. meo 13.* sustinere etiam in fine mortis probabilitatem illam eligi posse. Cur ergo tu unum Tamburinum reprehendis?

Respondebis, quia hic est à Theophilo commendatus. Optima responsio. Non ergo doctrina te vellicat, sed aliquid aliud.

CAPVT XXVI

Qua fidelitate prædicti Doctores citentur.

1. Idem est modo (esto, esto, &c.) nam cæterum prædicti Doctores, qua fidelitate afferantur, nunc, Attica fide, breviter expendam.

Initium sumo à Comitolo, ejus verba sic retulit modo Baroni.

BARON. Comitulus l. 1. q. 15. nunquam patitur, recedamus à sententia, quæ stat pro lege, quæ una illi rata est, ipse dicat loc. cit. lib. 1. q. 15.

QUESTIO XV.

COMITOL. Annua confessiones sive anni, quo quis de suis peccatis confiteri debet, initium sumendum sit ab extrema confessione, an à tempore Paschalis, à dicta quæ a postrema. Sanctus vero Antoninus censendi tempus vult esse Pascha, &c.

Et paulò post. Posterior sententia (hoc est S. Antonini) verior existimari debet, non solum numero, & auctoritate Doctorum, sed etiam potissimum ratione, quia Ecclesiæ leges, quæ generales sunt, debent esse certæ, & fixæ, & fixæ habere tempora; ut & ii, qui parere debent, sciunt, quando parandum sit; & Iudices, qui non obediunt, coercere debent, intelligere possunt quando his obtemperatum non est. Id quod fieri non possit, si à postrema confessione, quæ arbitraria cuique esse potest, anni initium ducendum foret.

13. Hæc Comitulus, & ne verbum quidem amplius. In quibus nulla præter mentio probabilitatis, nulla de ejus vi disputatio, nihil de opinione, quæ stat, vel minus stat pro lege; sed solum docet, legem debere esse certam, fixam, & certam, fixaque habere tempora. Quæ quidem rectè esse dicta, quis ambigat? Quo ergo organico instrumento, Baroni, isthæc trahis ad probabilitatem, quæ de agitur, fortasse ex illis verbis (leges debere esse fixas, ac certas) sed non advertis, id dici ex parte objecti; id est, quod ipsæ leges certæ, & fixæ esse debent à legislatore latæ; nostra autem quæ sit ex parte actus; an scilicet homo possit putare probabilem, vel non probabilem rationem pro dicta lege, vel contra ipsam. At nimis subtiles istæ distinctiones videbuntur amico nostro, quamvis illæ sint hodie etiam Thomæ logicis compertissimæ.

14. Progre diamur ad Suarium, quem sic refert Tamburinus.

Vult Suarius illius (Comitoli) sententiam valere, &c. si sanciat res de necessitate mediæ, vel causæ, &c.

15. Nimis indistinctè affert sententiam Suarii, & tamen distinctio in aliquo tibi Baroni faveret. Deo hoc in loco t. 4. d. 26. §. 6. n. 5. docet Suar. prius, in materia Jurisdictiois ad absolvendum à peccatis; ut item in materia de Baptismo, de quæ aliis Sacramentis, debere semper eligi tutiorem viam, & probabiliorē, omnia probabilia. Posterior in quacunque alia materia universaliter, quæ pertineat ad factum conscientie, id esse sentiendum. Non refero ejus verba, fateor enim ita illud sentire in citato loco. Sed pronuntio, quoad prius, in eadem omnino esse sententia. Tamburinum cum Suario, ut videre licet ei, qui leget, lib. 1. in *De sac. 3. §. 3. num. suo.* 20. ubi ipse agit de Ministro Sacramentorum. Quo ad posterius, fateor etiam id Suarium dicere in hoc loco, sed incidenter; nam alibi, ubi de hoc ex professo tractat, faveret legitimæ probabilitati; ut mox a meo 19. vid. bis cum Sanchez) sed nollet Tamburinus alios Authores, & eundem Suarium in hoc alio, ut dixi, loco secutus est, cum limitationibus tamen supra explicatis. Quare si ex fide Baroni loqui voluisset, dicendum illi erat, Tamburinum secutum esse Suarium in eo loco ubi de re ex professo tractat.

16. Denique accedamus ad Thomam Sanchez loc. cit. à Baronio, qui sic illum refert.

BARON. Sanchez credit, si in toto vita decursa sententia sit hæc sententia, versanti, ad minus in articulo mortis esse eligendam, ne de æternitate periclitetur.

17. Dicis ergo, si bene tua dicta interpretor, Baroni, Th. Sanch. docere si in toto vita decursa non sententia sit eligenda eligens partem tutam, vel probabiliorē, omnia

CAPUT XXVI.

An sibi convenient duo nostri Authoris dicta.

1. Sibi pugnantiā docuisse Authorem nostrum, frustra dixisse Baronium, videmus sup. c. 23. à meo n. 36. Simile quid in praesentia cavillatur, l. c. §. 2. fol. 79.

BARON. Sibi ipsi (Tamburinus) repugnat, &c. Audisti, ad securitatem conscientiae ipsum requirere probabilitatem opinionis ab extrinseco tantum, & ab Authore, vel ab intrinseco, & argumentis. Sed quasi hujus doctrina ipsum penitet, utraque permiscet probabilitatem, & cum respondet lib. 1. in Dec. c. 3. §. 3. ad illud quæsitum. An Authores unus Doctoris sufficiat ad probabilitatem tutam. Respondet, inquam, unum sufficere contra innumeros, si doctus sit, rem ex professo tractet, firmam rationem pro se habeat, nec appareat contra ipsum aliquid convincens. Atqui hæc omnia ad probabilitatem intrinsecam pertinent.

2. Dicis ergo Tamburini repugnantiam in ea consistere, quod in priore loco requirit ad securitatem conscientiae probabilitatem, vel extrinsecam, vel intrinsecam, at in posteriore miscet probabilitates, & requirit ad dictam securitatem utramque, hoc est probabilitatem tum extrinsecam, tum intrinsecam.

Verè usurpabo de te puerile illud, & tritum, *legere, & non intelligere, est negligere*; intellexistine doctrinam Tamburini, unde colligas in posteriore loco ipsum requirere ad securitatem conscientiae utramque probabilitatem? Imò ipse in hoc posteriore loco figurate dicit, satis esse extrinsecam, exscribamus hic text. Tamb. l. 1. in Dec. c. 3. §. 3. n. 5.

3. TAMB. Tunc solum puto, sufficere unum, tamen si contra innumeros DD. is doceat, quando idem est doctus, rem ex professo tractet, firmamque pro se rationem habeat: nec appareat contra ipsum aliquid convincens. Ita Azor. Vsq. Ratio est, quia ex tali Authore sic vallato nascitur merito prudens iudicium. Quod si ejusmodi Doctor ratione alicujus momenti non fulciatur, idque in Doctus animadvertas, non vales illius sententiam regulariter excipere, nec illam aliis amplectendam proponere: cum tamen possit indoctus. Ratio est, quia tibi non potest tunc innasci iudicium prudens: Indocto potest; vel certe illum (Authorem) sequi eidem indocto, qui sine culpa ei Doctori fidem habet, culpa non datur.

4. Dico (regulariter) nam potest contingere, ut ille sit adeo doctus, ut tibi liceat prudenter judicare, rationem illius firmam esse, sed minus a te penetratam, vel notam; & item judicare, ipsum, rationem in contrarium tibi probatissimam, facile posse diluere; in hoc enim eventu ejus opinionem, utpote EXTRINSECE probabilem, si amplectaris, prudenter ages. Hactenus Tamb.

5. Equidem lego hic, posse indoctum, qui non novit rationem, qua fulcitur ille Doctor, hujus sententiam sequi. Id quod quidam est, nisi mera, puraque probabilitas extrinseca? Et clarius lego in postremis productis lineis (utpote EXTRINSECE probabilem) ergo quibus tu perspicillius adiutus legitimi tantum (ut ait) INTRINSECE? Verum id factum est, ut noveris, amice Baroni, in quos errores te abripuerit maledicendi Oresis.

6. Sed vela contrahamus; atque arma defensiva pro veritate hactenus, quasi paraspiscentra, Galilei sit satis; arma enim offensiva ab aliis impugnator expectet. Meum interim præceptorem iis verbis solabor, quæ S. Hieron. usurpavit in Epistola ad Furiam de viduitate servanda.

S. Hieron. Fieri non potest, ut absque morsu hominum vita hujus curricula quis transeat.

probabili, saltem esse eligendam in articulo mortis, &c. de aeternitate periclitemur. Ita sanè dicis, sed dicis falso. Nam Sanchez ait, etiam in articulo mortis sequentem opinionem probabilem secutus est à peccato; sed addit, si quis habeat peccatum, quod probabiliter credat non esse mortale, licet ob probabilitatem quam habet, non teneatur illud confiteri, quia sequitur opinionem probabilem, tamen, quia coram Deo illud peccatum fortè verè fuit mortale, ideo necesse habebit, saltem de eo confiteri, nam opinio probabilis exculat à culpa, non tamen remittit peccatum, si fortè verum fuit. Hæc Sanchez. Falsò igitur Baronius dicit, Sanchez absolvere velle, ut sententia probabilis non eligatur in articulo mortis; potest enim eligi per illum, etiam tum, sed cum allata explicatione.

Hæc autem sunt verba Sanchez l. 1. cit. in Dec. c. 10. à n. 75. quæ libenter hic ascribo, quia præter id, de quo nunc disputamus, faciunt ad totam quæstionem de Probabilitate.

18. THOM. SANCH. Num. 75. Hactenus egimus, quid in dubio superest, quando iudicium est probabile, seu opinio. Salas ait, licet tanquam probabilis opinetur Penitens non esse aliquod peccatum mortale, vel jam Confessione detectum, teneri eum ad illud confitendum, &c.

Sed dicendum est, non teneri hunc facere peccatum, quod probabilis opinione credit, non esse mortale, quia potest quæpiam licite operari, sequendo probabilem sententiam, ut satis probavi cap. præc. n. 14. nec contrarius Ecclesiæ usus testimonio aliquo ostenditur.

19. A quo ita docent Rosella, Sylvest. Gers. Henriquez, Suar. tom. 3. in 3. p. d. 22. scd. 9. n. 5. & 6. qui optimè eorum. 6. ait, hoc esse verum, etsi hic iudicet tanquam probabilis, illud esse peccatum mortale, quia non teneretur quis sequi probabilioris opinionem: sed satis est probabilem, ut satis probavi cap. præc. à n. 14.

20. Notas, Surium hoc in loco, ubi de probabilitate sermo tractat (ut vel cœcus in ejus textu citato videbit) non favere solum, sed legitimam omnem probabilitatem amplecti?

Verum pergit Sanchez.

21. Atque eadem ratione idem est dicendum, quando Penitens probabiliter opinatur, se id peccatum fuisse, quamvis probabilis credat oppositum. Sic Suar. quod non obscure etiam docuit Navar. &c.

Et paulo post, id est seq. n. 77.

22. Hinc (ait) excipit Henriquez, nisi Penitens sit in mortis articulo; tunc enim ait, teneri illum conteri de illo peccato, quamvis probabiliter credat, non esse mortale; quia & si opinio probabilis excuset à culpa, non supplet tamen necessarium remissioni peccatorum medium; si fortè hoc coram Deo fuit mortale, ubi de confessione nil dixit; & quidem merito, quia probabilis opinio eum excusat à confessionis precepto, & ei periculo defectus remedii necessarii ad ejus remissionem, si fortè fuit mortale, subvenitur satis contritione illa, cum id non teneatur, durante ea opinione, faceri; & ideo contritio illa remittet id peccatum in ordine ad claves Ecclesiæ, &c.

Hæc Sanchez, qui, ut legitimi, nimis perspicue docet, probabilitatem vim suam exculandi à culpa exercere, etiam in articulo mortis, quamvis non ponendi, seu supplendi illud, quod est de necessitate mediæ. Hoc enim posterior nullus, vel laxissimus Probabilista somniavit.

FINIS.

Laus Deo, Beatissime Virgini, ac Sancto Michaeli mee Civitatis Caltanissettensis Patrono.

Pars III.

Xx 3 INDEX